Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38173
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek

Cap. 49

162

cundiam prouocauerunt; Fratres tui habentes liuoris sagittas, & zeli iaculis uulnerati. Uerum arcum tuū, & arma pugnandi posuisti indō, qui fortis ē propugnator. & uincula tua, quibus te fratres ligauerī, absolutas & dirrupta, ut ex tuo semine tribus nascat effraim fortis & stabilis, & instar lapidis durioris inuicta imperans quoq; decim tribus isrt. Beniamin lupus rapax mane comedit predam, & uespere diuid & spolia. Quia de paulo apostolo manifestissima sit pphcia omnibus patet, qd in adolescentia persecutus ecclesiam, in senectute pdicator euangelii fuerit. hebrei aut ita dixerunt altare, in quo immolabantur hostiae, & uictimarū sanguis ad basem ipsius fundebatur, in parte tribus beniamin fuit. hoc inquiunt ergo significans qd sacerdotes immolent mane hostias, aduesperam diuidant ea, quae sibi á populo ex lege collecta sunt. Lupū sanguinariū, lupū uorace sup altaris inter ptatione ponentes. & spoliarū diuisionē sup sacerdotibus, qui seruientes altari, uiuunt de altari. haec aut